

QUÆSTIONES DISCUTIENDÆ

in Collationibus Ecclesiasticis Archidiocesis Quebecensis anno 1856.

DE RESTITUTIONE.

I.

Post repressionem rebellionis quæ octodecim circiter abhinc annis in quâdam hujus regionis parte accidit, missi sunt officarii regii in diversas parocchias ad perquirendos ac puniendos rebelles. Quos ut facilius detegerent, summam pecuniæ promiserunt iis qui illos sibi denuntiarent.

Tripho, è parocciâ N. pecuniâ inhians, hâc promissione allectus, plures denunciavit secreto; qui omnes gravibus muletis, aut aliis majoribus penis, ut carere, exilio, &c., plexi sunt. Hoc modo pecuniam satis magnam comparavit accusator ille, non sine aliquo conscientiarum scrupulo.

Nuper autem, post exercitia spiritualia quæ fidelibus in diêtâ parocciâ N. data sunt, adiit parochum suum, eique rem omnem aperuit, et quid sibi agendum esset quaesivit.

Hanc quaestionem gravem difficilemque reputans parochus hæret, et antequam respondeat querit ipse à quodam doctore:

- 1o. *Ec quâ culpâ inducatur obligatio restituendi vel damnum reparandi?*
- 2o. *An Tripho peccaverit, et quidem graviter?*
- 3o. *An ad restitutionem, damnumve reparandum teneatur?*

II.

Petrus sacerdos vix necessariâ scientiâ instructus cum ad sacrum presbyteratus ordinem promotus fuit, Theologiam moralem per aliquot annos prorsus neglexit. Unde brevi etiam pauca quæ didicerat in seminario à mento ejus elapsa sunt. Interea tamen sacrum regimen animarum exercuit confidenter. At vero audito gravi sermone de necessitate scientiæ in confessorio, theologos pervolvere cæpit, et stupens comperit, ob scientiæ moralis defectum,

1o. se penitentem quemdam à lucroso et licito contraetu ineundo, ut pote qui citus sibi videbatur, avertisse:

- 2o. quosdam à restitutione, ad quam tenebantur, excusasse;
- 3o. alios autem ad restitutionem addixisse, sine causâ.

Nunc anxius querit:

- 1o. *Quæ requirantur ut ignorantia invincibilis vel vincibilis existimetur?*
- 2o. *An quoties ad excipiendas confessiones accesserit toties peccaverit, graviterque?*
- 3o. *An ad aliquid teneatur?*

Paul
obsequiu
pecunie v
conantur
consilia av
nefirii hor
præstet, a
mortem si
eum iis ac
multo posi
confessariu

1o.
2o.
3o.

Jacob
suis parum
privationis
sacra. com
prohibition

Hæc in
querit ab

1o.
2o.
3o.